



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola IX. Clemens Papa VIII. Ivsto Baronio Veteracastrensi. S. Dilecte  
Fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

f. August. hi, cum iustam videndæ virbis horam non-  
 le s. confess. dum affulsiſſe videret, remoram⁹ agitudi-  
 nad. 9 nis corporalis iniecit, ut & per tempus, vel tem-  
 p. Apoca. 12. pora, vel dimidium temporis, MOGVNTIA  
 (quo potissimum mens aspirat) tyrocinij  
 fidei completis, instructiorem postea atque  
 affuetiorem Romæ Sanctis Apostolis cul-  
 tum exhiberem. Successum spero tu, ma-  
 gnum decus & præstijum meum, apud De-  
 um, Pontificem, Archipræfulem Mogunti-  
 num votis tuis exorabis. Ita me totum tuꝝ  
 commendo & committo fidei. Plura febris  
 ingrauescens non sinit. Vale longissimè.  
 Augustæ Vindel. II. Calend. Junij. M.DCI.

## EPISTOLA IX.

CLEMENS PAPA VIII.  
 IVSTO BARONIO VETERA-  
 canstrensi. S.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam  
benedictionem.

**M**INVS voluptatis nobis  
attulerunt litteræ tuꝝ,  
Augusta Vindelicorum da-  
tx, quam certè attulif-  
sent, si de tua exterioris hominis  
prospera valetudine ea audiuisse-  
mus,

mus, quæ semper optamus. Nam in  
 interiori homine te per Dei gratiam  
 egregiè valere, & diuino Spiritus  
 Sancti lumine magis magisque illu-  
 strati, multo nostro cum gaudio  
 perspicimus. Nunc autem mole-  
 stum est, quod scribis, te cum iam  
 Romam pergeres, in morbum, sicut  
 Domino placuit, incidisse. Sed bo-  
 no animo esto fili, <sup>a</sup> diligentibus Deum  
 omnia cooperantur in bonum. is, <sup>b</sup> qui te  
 è tenebris eduxit in admirabile lumen su-  
 um, ipse <sup>c</sup> sollicitus erit tui, & <sup>d</sup> omnia  
 tua suauiter disponet. <sup>e</sup> Confortare er-  
 go in eo, & <sup>f</sup> quod facis fac, vi <sup>g</sup> diui-  
 tias bonitatis eius prædices, & <sup>h</sup> quā  
 ta fecerit tibi, magna constantia, nō <sup>i</sup> Rom. 2.4  
 minori pietate enarres. nam quæ  
 scribis, te egisse spiræ in Collegio Socie-  
 tatis Iesu, vt <sup>j</sup> Deo altissimo gloriam <sup>k</sup> Rom. 9.24  
 dares, & sancto proposito animi tui  
 firmitatem ostenderes, iucunda no-  
 bis fuerunt. Sic <sup>l</sup> maius gaudium est in <sup>m</sup> Lue. 15.7  
 celo Angelis Dei, sic Ecclesia sancta, &  
 boni omnes impensius latantur, &  
 lanti-

1 Apoc. 12.9 <sup>1</sup> antiquus hostis *Satan* cum filijs te-  
 mps. III. 10. nebrarum <sup>m</sup> fremit & tabescit. Sed  
 n Lyc. 1. 49 speramus in ipso, <sup>n</sup> qui potens est, &  
 b Ps. 146. 5. cuius misericordia <sup>o</sup> non est nume-  
 p Coloss. 1. 13 rus, quod multos exemplo tuo peri-  
 piet ex potestate tenebrarum, & transfe-  
 ret in Regnum filij dilectionis sue, ut & ipsi  
 q Ioan. 12.  
 35. q sint filii lucis. Confortare igitur ite-  
 rum & s̄pias fili in Deo tuo, qui  
 nunquam te deseret, & nos certe,  
 qui te paternè amamus, non desere-  
 mus, sed studijs tuis fauebimus, &  
 commodis tuis, quantum cum Do-  
 mino poterimus, amanter consule-  
 mus. Nec te nobis gratias agere o-  
 pus est. Nam dum nostri in te amo-  
 ris significationem aliquam damus,  
 in eo ipso nos plurimū oblectamur.  
 Itaq; libenter admodum scripsimus,  
 vt petisti Dilecto filio Electo Moguntino,  
 eique te, & tuos, & quęcunque ad te  
 pertinent, efficaciter commendauim-  
 us, nec dubitamus, quin ille insi-  
 gni virtute præditus Princeps, &  
 sua sponte, & nostro intuitu te omni  
 officio

officio ac p etate comple&tatur.  
Quod verò scribis, te familiæ tuæ  
cognomen, ob impij illius, & dete-  
stabilis Satanæ ministri *Caluini*, iam  
horrere, nec illud iam amplius usur-  
pare, sed ex nostra autoritate muta-  
re velle, agnoscimus & in hoc quoq;  
zelum tuum Catholicæ fidei, eamq;  
mutationem ut tuo arbitratu facias,  
tibi ipsi permittimus. Quod reliquū  
est fili, Deum precamur, ut suam in  
te gratiam tueatur, & augeat, cuius  
vice nos licet immenti, Apostoli-  
cam benedictionem nostram tibi ex  
animo impartimur. Datum Romæ,  
apud Sanctos Apostolos, sub annu-

lo piscatoris. die 12. Iulij. M.

D C I. Pontificatus nostri

Anno Decimo.

Siluius Antonianus Cardinalis.

EPI-